

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11563

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1977

P O L E M I C I .

1978

DVII.

⁵⁰⁰ Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. nunc 60. 4. continet Doctrinae Lutheranae Articulos XII. primo tamen demto, qui deperiit, ita, ut nunc initium sit ab Art. II. de duabus in Christo Naturis ejusmodi: *Der ander artickl, von baiden naturen Im Herrn Christo. Wir glauben an Jesum Cristum einigen eingebornen, Joan. 1. vnd eigenen, Rom. 8. Sonne der von ewigkait aufs des vattern wesen getzeuget &c.* Articulus III. agit de Ministerio Jesu Christi, IV. de Poenitentia, V. de bonis Operibus, VI. de vero et falso Dei cultu, VII. de Sacramentis, VIII. de Ordinationibus et Ministris Ecclesiae, IX. de Simonia, X. de Cerimonii, XI. de Matrimonio, XII. de Magistratibus. Tractatus totus Instructio videtur quibusdam potentibus data. Articulus enim de Simonia incipit: *Weil ihr von diesem artickl auch bericht begert, will ich ibn bimit anhengen.* Verum quis? quibus? In tanta ejusmodi Confessionum copia difficile est dispicere.

DVIII.

⁶¹² Codex chartaceus lat. Sec. XVI. Folior. 67. 4. inscribitur *Diregio*, dividiturque in III. Articulos, quorum primus de *Justificatione*, alter de *Ecclesia*, tertius de *Traditionibus humanis tractat.* Capita primi sunt: *Justificatio originalis, Peccatum ori-*

ginale, Arbitrium humanum, Ju- stificatio reparatrix, Fides, Ope- ra, Fiducia Operum. Capita se- cundi: *Ecclesia una, Potestas ec- clesiae, Confessio, Caena Domi- ni, Ritus communionis caenae Do- mini, Missa, Sacrificium.* Capi- ta tertii: *Ordo ecclesiaticus, Coe- libatus, Vota monastica, Delectus ciborum, Imagines, Festi dies.* Autor e *Lutheranis* est, mitis ta- men. Tractationis methodus, con- geries Locorum S. Scripturae, iisque subjunctae Adnotationes. Orditur a loco Deut. XII. Quod praecipio tibi hoc tantum facito domino, nec addas quicquam nec minuas. &c. Ad quem notatur: *Ea lex aequae christianis ac Ju- deis dicta est, vt per medium uiam ingrediantur, et directam in sensum euangelij et omnino scrip- turae totius sacrae, nanque ab his siue in dextram homines deflectant, id est, addant ex suo sensu, siue in sinistram, id est negent, quod dicunt scripturae, par utrinque er- ror et ratio credendorum ad licen- tiatam perducta &c.* Pauline Scali- cbii, an Seb. Pfauseri? Exem- plar certe alicui *Austriacorum* Principum oblatum.

DIX.

Codex chartaceus germ. Sec. ⁶²⁵ XVI. Folior. 17. 4. fine multa- tus inscribitur: *Klage Jesu Chri- sti wider die vermeinten Euau- gelischen,* et incipit: *Ach wie ist menschlich geschlecht durch die sinde vnd vertrettung meynes wortes so ganz vnd gar verderbt!* &c.

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 11563

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

1979

C O D I C E S

1980

&c. *Αυτογεαφον* videtur Hominis *Lutheri* partibus additi, qui, dum acerbe in Catholicos et praecipue Monachos incurrit, simul tamen Suis parum contentus est, et initia Protestantismi non admodum laetis coloribus pingit.

DX.

340 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 8. f. continet Consilium *Württembergensium* stabilita jam Confessione *Augustana* datum circa Sacra. Inscriptitur: *Württembergisch bedennckben. Die Religion betreffendt. Ingressus: Nach dem der Leidig Sathan nun mer etlich Jahr ber den undergangn vnd Zerstörung seines vnd des Antichristi des Babsts Reichs seben — müessen &c.* Agitur de celebrando Conventu, Articulique, de quibus tractandum foret, adsignantur, puta: de Justificatione, Bonis Operibus, S. Caena, erroribus *Schwenkfeldii*, Baptismo, Censura Morum, Examine et Visitatione Ministrorum, eorumque inter se discordiis coercendis, Causis Matrimonialibus et Cremoniis. Videntur praeterea non solum convocandi Theologi propter cavendas rixas, sed adhibendi etiam Virorum Principum, quin et Urbium et Ordinis Equestris Legati &c. Quae qui legit, vix capiet, recepta jam, ut Scriptor sub principium ait, *Confessione Aug. tanta in rebus prae-*

cipuis etiamnum componenda superfuisse.

DXI.

Codex chartaceus germ. Sec. 758 XVII. Foliorum. 33. 8. consarcinatus 1. e Precum Formulis in quadam *Protestantium Ecclesia* populo praeēundis, quas inter una tempore visi *Cometae*, quem Autor Signum adpropinquantis ultimi Judicii, et Nuntium magni Mali temporalis adpellat. 2. e Statutis et Indulgentiis antiquissimae *Confraternitatis SS. Udalrici et Afrae Augustae Vindel.* quae ad calcem ibidem imprefiae dicuntur per *Christophorum Mang.* Anno 1610. 3. e tribus Cantilenis, quarum prima latine inscripta est: *Cantilena viduæ Pasovianæ*, planctusque continent in Mariti caedem, occasione tumultus aut duelli, ut videtur, perpetrata; altera praenotata: *Partis adversæ Responsum ad banc querelam*, Interfectorem excusat, et Viduam solatur; tertia in *Martinum von der Meden Consulem Stadensem* invehitur, ut proditorem urbis, et externi Militis immissorem. Omnia levis momenti.

DXII.

Codex chartaceus ital. Sec. 945 XVI. Folior. 49. 8. in Theca membranea Titulum praefert: *Dialogo Religioso Theol. di un Zoccolante, Dominicanu, et Heremita*